Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



quo ueniant ea que reposita sunt ei. uel ut in aliis exempla
ribus habetur ueniat is cui repositum est et ipse erit exspectatio gen
tium. Hic locus manifeste refertur ad iudam. Constat enim usque ad
natiuitatem xpi. non defecisse principes ex genere iude nec duces
de femoribus eius usque ad herodem regem qui secundum hystorie fidem quam
iosephus scribit alienigena fuisse. et per ambitionem in regnum iude
orum dicitur irrupisse. Statim ergo ut hoc factum est et ut defecit dux de
femoribus iude aduenit ille cui erat regnum repositum. in quo quoque
gentes sperent euglii fides et ecclarum docet propagatio. Repo
sita autem dicuntur ea que oportuno tempore proferenda sunt sicut et
xpc in finem sclorum aduenisse dr. cum dicit apls. ecce nunc tem
pus acceptum. scilicet ad salutem gentibus inferendam. Si uero quis in
omnibus cupiat cursum utriusque expositionis aptare potest extor
quere fortassis. ut etiam de xpo hec hoc modo uideantur intelligi.
quia deficiet princeps ex iuda. idem hic qui post resurrectionem eius
ecclarum princeps ordinetur. Et dux de femoribus eius. Duces quoque
xpianorum de femoribus xpi. hoc modo exponit. Membra xpi esse
dicit apls fidelium populum sine dubio spiritaliter intelligenda. Pos
sunt ergo et femora eius spiritaliter intellecta indicare eos qui pro
firmitate et constancia fortitudinis. omne corpus ecclie sus
tentare uidentur et ferre. uel quia humani seminis inditium
solet in femorum appellatione figuraliter dici. Apud nos autem
qui seminat uerbum seminat. Poterunt ergo qui ministerium uerbi
ecclie exhibent de xpi femoribus intelligi duces. usque quo ueniant
que reposita sunt. Et uidebitur ita posse intelligi. quo ad usque consum
mationem scli. non deerunt isti duces donec ueniant ea que re
posita sunt. que parauit ds his qui diligunt eum. Et ipse erit
exspectatio gentium. in die scilicet iudicii cum omnes gentes et populi
xpm iudicem in pauore cordis et tremore conscientie exspec
tabunt. Alligans ad uitem pullum suum. et ad palmitem asinam
suam. Hoc de xpo et proprie et singulariter dicitur. Ipse enim alliga